BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 262r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





illum. Omnis enim quicumque inuo
cauerit nomen domini: saluus erit. Quo
modo ergo inuocabunt eum in quem non
crediderunt? Aut quomodo credent ei
quem non audierunt? Quomodo
autem audient sine predicante? Quo
modo uero predicabunt nisi mittantur?
Sicut scriptum est. Quam speciosi pe
des euuglizantium pacem. euuglizan
tium bona. Sed non omnes obediunt
euuglio. Ysaias enim dicit. Domine quis
credidit auditui nostro? Ergo fides
ex auditu: auditus autem per uerbum
xpi. Sed dico. Numquid non audierunt?
Et quidem in omnem terram exiuit son
eorum: et in fines orbis terre uerba eorum.
Sed dico. Numquid israel non cognouit?
Primus moyses dicit. Ego ad e
mulationem uos adducam in non gen
tem. in gentem insipientem in iram uos
mittam. Ysaias autem audet et dicit.
Inuentus sum non querentibus me
palam apparui his. qui me non in
terrogabant. Ad israel autem dicit. To
ta die expandi manus meas ad populum
non credentem. sed contradicentem mihi. xi.

Dico ergo. Numquid repulit
dominus populum suum? Absit. Nam
et ego israelita sum ex semine
abrahe. de tribu benyamin. Non
repulit deus plebem suam quam presci
uit. An nescitis in helya. quid dicit
scriptura: quemadmodum interpellat
deum aduersum israel? Domine. prophetas tuos
occiderunt. altaria tua suffoderunt:
et ego relictus sum solus. et querunt
animam meam. Sed quid dicit illi respon
sum diuinum? Reliqui michi. vii.
milia uirorum. qui non curuauerunt
genua sua ante baal. Sic ergo et in hoc
tempore reliquie secundum electionem gratie dei

salue facte sunt. Si autem gratia dei.
iam non ex operibus. Alioquin gratia
iam non est gratia. Quid ergo? Quod
querebat israel. hoc non est consecutus.
Ceteri Electio autem consecuta est. Cuncti
autem excecati sunt. sicut scriptum est.
Dedit illis deus spiritum compunctionis.
oculos ut non uideant. et aures ut
non audiant. usque in hodiernum
diem. Et dauid dicit. fiat mensa eorum
coram ipsis in laqueum. et in captionem
et in scandalum. et in retributionem ipsis.
Obscurentur oculi eorum ne uideant: et
dorsum eorum semper incurua. Dico ergo.
Numquid sic offenderunt ut caderent?
Absit. Sed illorum delicto salus est gentibus.
ut illos emulentur. Quod si delictum
illorum diuicie sunt mundi. et diminu
tio eorum diuicie sunt gentium: quanto magis
plenitudo eorum? Vobis enim dico
gentibus. Quamdiu quidem ego sum
gentium apostolus: ministerium meum hono
rificabo: si quo modo ad emulandum pro
uocem carnem meam: et saluos faciam ali
quos ex illis. Si enim amissio eorum
reconciliatio est mundi: que assumptio
eorum nisi uita ex mortuis? Quod si
delibatio sancta est. et massa. Et si radix
sancta: et rami. Quod si aliquid ex ramis
fracti sunt. tu autem cum oleaster esses
insertus es in illis. et socius radicis.
et pinguedinis oliue factus es: noli glo
riari aduersus ramos. Quod si glo
riaris: non tu radicem portas. sed radix
te. Dicis ergo. Fracti sunt rami ut
ego inserar. Bene. Propter incredu
litatem fracti sunt: tu autem stas fide.
Noli altum sapere. sed time. Si enim
deus naturalibus ramis non pepercit: ne
forte nec tibi parcat. Vide ergo bo
nitatem et seueritatem dei. In eos quidem